

## Amores 1,6

1 Ianitor—indignum!—dura religate catena,  
difficilem moto cardine pande forem!

Quod precor, exiguum est—aditu fac ianua parvo  
obliquum capiat semiadaperta latus.

5 Longus amor tales corpus tenuavit in usus  
aptaque subducto pondere membra dedit.

Ille per excubias custodum leniter ire  
monstrat: inoffensos derigit ille pedes.

At quondam noctem simulacraque vana timebam;

10 mirabar, tenebris quisquis iturus erat.

Risit, ut audirem, tenera cum matre Cupido  
et leviter „fies tu quoque fortis“ ait.

Nec mora, venit amor—non umbras nocte volantes,  
non timeo strictas in mea fata manus.

15 Te nimium lentum timeo, tibi blandior uni;  
tu, me quo possis perdere, fulmen habes.

Adspice—uti videas, inmitia claustra relaxa—  
uda sit ut lacrimis ianua facta meis!

Certe ego, cum posita stares ad verbera veste,

20 ad dominam pro te verba tremente tuli.

Ergo quae valuit pro te quoque gratia quondam—  
heu facinus!—pro me nunc valet illa parum?

redde vicem meritis! grato licet esse quod optas.  
tempora noctis eunt; excute poste seram!

1	<i>ianitor, oris m religatus, a, um catena, ae f</i>	Türsklave gefesselt Kette
2	<i>pandere foris, is f cardinem movere</i>	öffnen Türflügel die Türangel bewegen
3	<i>exiguum aditu ... latus</i>	wenig, unbedeutend „mach, dass die halbgeöffnete Tür mit einem kleinen Spalt meinen Körper seitlich durchlässt“
5	<i>tenuare usus, us m</i>	dünn machen Nutzen, Gebrauch
6	<i>aptus, a, um membrum, i n pondus (ponderis n) subducere</i>	geeignet (Körper-)Glieder das (Körper-)Gewicht wegnehmen
7	<i>excubiae, arum f custos, odis m</i>	(Wacht-)Posten Wächter
8	<i>derigere inoffensus, a, um</i>	lenken ohne anzustossen
9	<i>vanum simulacrum</i>	wesenloses Gespenst
10	<i>miarabar... erat</i>	„ich bewunderte jeden, der im Dunklen zu Fuss unterwegs war“
13	<i>mora, ae f</i>	Verzug
14	<i>manus stricta</i>	gezückte Waffe
15	<i>lentus, a, um blandiri (Dep.)</i>	träg, gleichgültig schmeicheln
16	<i>fulmen, fulminis n</i>	Blitz
17	<i>uti relaxare immitia claustra n</i>	= ut öffnen gnadenloser Türriegel
18	<i>udus, a, um ianua, ae f</i>	feucht Tür
19	<i>verber, verberis n</i>	Schlag (zur Bestrafung)
20	<i>verba ferre</i>	gute Worte einlegen
21- 23	<i>ergo ... optas</i>	„Mein Einfluss, der damals auch für dich ausreichte – o Schande! – ist er jetzt für mich zu wenig stark? Vergilt mir meine Wohltat! Du darfst dich dankbar zeigen, was du dir ja auch wünschst.“
24	<i>excute poste seram</i>	„Schlag den Riegel aus dem Pfosten (öffne die Tür)“

25 Excute! Sic umquam longa relevere catena,  
nec tibi perpetuo serva bibatur aqua!

Ferreus orantem nequiquam, ianitor, audis,  
roboribus duris ianua fulta riget.

urbibus obsessis clausae munimina portae

30 prosunt; in media pace quid arma times?

Quid facies hosti, qui sic excludis amantem?

Tempora noctis eunt; excute poste seram!

Non ego militibus venio comitatus et armis;

solus eram, si non saevus adesset Amor.

35 Hunc ego, si cupiam, nusquam dimittere possum;

ante vel a membris dividar ipse meis.

Ergo Amor et modicum circa mea tempora vinum

mecum est et madidis lapsa corona comis.

Arma quis haec timeat? Quis non eat obvius illis?

40 Tempora noctis eunt; excute poste seram!

Lentus es: an somnus, qui te male perdat, amantis

verba dat in ventos aure repulsa tua?

at, memini, primo, cum te celare volebam,

pervigil in mediae sidera noctis eras.

45 Forsitan et tecum tua nunc requiescit amica—

heu, melior quanto sors tua sorte mea!

dummodo sic, in me durae transite catenae!

Tempora noctis eunt; excute poste seram!

Fallimur, an verso sonuerunt cardine postes,

50 raucaque concussae signa dedere fores?

Fallimur—impulsa est animoso ianua vento.

Ei mihi, quam longe spem tulit aura meam!

25 *catena, ae f*  
*relevere*

Kette  
du sollst befreit werden

26 *servus, a, um*  
*catena, ae f*

Sklaven-, der Sklaverei  
Kette

27 *ferreus, a, um*  
*nequiquam (Adv.)*

eisern  
vergeblich

28 *roboribus riget*

„mit hartem Eichenholz steht die Tür verriegelt  
starr da“

29 *munimen, muniminis n*

Schutz

31 *excludere*

ausschliessen

33 *comitatus, a, um*

begleitet

34 *solus eram*

ich wäre allein

36 *dividere*

trennen

37 *modicum ... vinum*

„eine massvolle Menge Wein um meine  
Schläfen“ => „ein kleiner Rausch“

38 *maddis...comis*

„ein Kranz, der vom gesalbten Haar gerutscht  
ist“

39 *obvius ire*

entgegen gehen

41 *an somnus ... tua*

„oder schlägt der Schlaf – der dich übel  
zugrunde richten soll - die Worte des  
Liebenden in den Wind, zurückgewiesen von  
deinem Ohr?“

43 *cum te celare volebam*

„sooft ich dich (früher) hintergehen wollte“

44 *pervigil*

sehr wachsam

45 *forsitan*

vielleicht

47 *dummodo sic*  
*transire*

wenn es nur so ist  
übergehen

49 *fallere*  
*postis, i m*  
*cardo, cardinis n*

täuschen. Betrügen  
Türpfosten  
Riegel

50 *fores, forum f*  
*raucus, a, um*  
*concussus, a, um*

Türflügel  
rauh, knarrend  
(zu-)geschlagen

51 *animosus, a, um*

heftig

Si satis es raptae, Borea, memor Orithyiae  
 huc ades et surdas flamine tunde fores!  
 55 Urbe silent tota, vitreoque madentia rore  
 tempora noctis eunt; excute poste seram!  
 Aut ego iam ferroque ignique paratior ipse,  
quem face sustineo, tecta superba petam.  
 Nox et Amor vinumque nihil moderabile suadent;  
 60 illa pudore vacat, Liber Amorque metu.

Omnia consumpsi, nec te precibusque minisque  
 movimus, o foribus durior ipse tuis.  
 Non te formosae decuitt servare puellae  
limina, sollicito carcere dignus eras.  
 65 Iamque pruinosis molitur Lucifer axes,  
 inque suum miseros excitat ales opus.  
 At tu, non laetis detracta corona capillis,  
 dura super tota limina nocte iace!  
 Tu dominae, cum te proiectam mane videbit,  
 70 temporis absumpti tam male testis eris.  
Qualiscumque vale sentique abeuntis honorem;  
 Lente nec admisso turpis amante, vale!  
 Vos quoque, crudeles rigido cum limine postes  
duraque conservae ligna, valete, fores!

53	<i>si satis...Orithyiae</i>	„Boreas (Nordwind), wenn du dich noch des Raubs Orithyias erinnerst“
54	<i>surdus, a, um flamen, flaminis n tundere</i>	taub Blasen zerschlagen, aufbrechen
55	<i>vitreo madentia rore</i>	(die Zeiten,) die vom glasklaren tau feucht sind
58	<i>quem face sustineo</i>	(das Feuer), das ich mit meiner Fackel in der Hand halte
	<i>petere</i>	hier: angreifen
59	<i>moderabilis, is, e</i>	massvoll
60	<i>vacare (+ Abl.) Liber</i>	entbehren, nicht haben Beiname von Bacchus = „Wein“
61	<i>omnia consumpsi minae, arum f</i>	ich habe alle (Argumente) aufgebraucht Drohungen
63	<i>deceat</i>	es gehört sich, es ist richtig
64	<i>limen, liminis n sollicitus, a, um dignus, a, um (+Abl.)</i>	Türschwelle unruhig, wild wert, würdig
65	<i>Iamque ... axes</i>	„Schon setzt der taubedeckte Morgenstern seinen Wagen in Bewegung“
66	<i>excitare ales, alitis m miseros</i>	aufwecken Hahn erg. Homines
67	<i>non laetis ... capillis</i>	Kranz, herabgezogen von meinem nicht fröhlichen Haar
68	<i>iace!</i>	Imperativ von iacere: „lieg!“
	<i>limen, liminis n</i>	(Tür-)Schwelle
69	<i>proiectus, a, um</i>	hingelegt
70	<i>absumere</i>	verschwenden
71	<i>Qualiscumque ... honorem</i>	„Du, wie schlecht du auch sein magst, leb wohl und vernimm die Ehrbezeugung des Scheidenden“
72	<i>nec admisso turpis amante</i>	„Schändlicher Kerl, weil du einen Liebenden nicht eingelassen hast“
73	<i>rigidus, a, um limen, liminis n</i>	hart, unerbittlich (Tür-)Schwelle
74	<i>duraque ... fores</i>	„und du, seine Mitsklavin, Tür, hartes Holzstück“